

5
1774, 3 15
6

DISSE R TAT I O I N A V G U R A L I S
IVRE VENDITORIS
RATIONE
RESIDVI PRETII
MOTO IN E M T O R I S B O N I S
CONCVR SV

QVAM
ILLVSTRIS IVRE CONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
PRAESIDIO

D. CAROLI FRIDERICI PAELIKE

IVRISCONSULTI ET ANTECESSORIS
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESCENDI
HONORES


AD D. XXVI. APRILIS CICICCLXXIV
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS
PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

S V B M I T T I T
AVCTOR
IOANNES AVSONIUS RAVEN.

RAZEBVRGENSIS,
NOTARIUS PUBL. CAESAR.

HELMSTADII
LITTERIS VIDVAE P. D. SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.







6

§. I.

De transferendo dominio in genere.

A d rei dominium in alium transferendum requiritur Titulus ad transferendum dominium habilis, sive causā, propter quam ius in re constituitur, et Modus, scilicet medium per quod ius in re constituitur, id est traditio; solus enim titulus ius ad rem tantum, non dominium producit a). Excipiunt quidem vulgo b) Ius hypothecae, Seruitutes negatiuas, tria iudicia diuisoria et acquisita per ultimam voluntatem, in quibus casibus dominium solo titulo absque traditione acquiri, dicunt; sed re vera non sunt exceptiones. Ius hypo-

A the-

a) L. 20. C. de paciis.

b) HEINECCIVS in Element. Iur. Civil. secund. ord. Instit. §. CCCXXXIX. not. **

thecae enim in ficta traditione se fundat; fictio vero idem operatur, quod veritas; econtrafio seruitutes negatiuae olim in iure cedebantur, et in tribus Iudiciis diuiforiis atque in relictis per ultimam voluntatem lex immediate dominium transfert. At in emtione venditione ne sufficit quidem titulus et modus ad dominium rei venditae in emtorem transferendum, sed praeterea requiritur, vt emtore vel premium determinatum soluat c); vel alio modo vendori volenti d) satisfaciat e); vel denique vendori fidem de pretio saltem habeat. Diversitatis ratio in eoposita esse videtur, quod ratione eius, qui rem suam sciens ex iusta causa, vt dotis, donationis, legati etc. alteri tradit, voluntas transferendi manifesta sit, quod alio modo sese habet in venditore. Hunc enim hac lege et ea conditione rem, quam vendidit et tradidit, in emtorem transferre voluisse, censeri debet, vt emtore ipsi premium conuentum soluat. Traditio itaque rei venditae in emtorem semper tacitam conditionem continet, si emtore quoque premium soluat. Nam vero certissimi iuris est, dominium eius, quod sub conditione datur aut traditur, in accipientem non statim transire f); Inde vero prono alueo fluit, emtorem ante adimplentam hanc tacitam conditio-

c) §. 41. Infl. de Rer. diuif. l. 5. §. penult. D. de tribut. act. l. 19. et 53. D. de contrab. emt.

d) Et consentient vendori vel fideiussorem vel pignus loco solutionis dat; neque cogitur creditor admittere satisfactionem vice solutionis l. 6. §. 1. D. quib. mod. pign. l. 10. D. de pign. act. l. 2. §. 1. D. de reb. credit. pr. Infl. quib. mod. tollit. oblig. vid. quoque LEYSERVUM Spec. CCX, mod. 3.

e) Satisfactioni verbum generalius est, quam soluendi, qui soluit, utique et satisfacit; At non omnis satisfactione solutio est. Satisfactioni et qui non liberatur, veluti, si quis fideiussorem vel pignora dat; solutione vero obligatio tollitur.

f) l. 8. D. de reb. credit.

tionem dominium rei emtae, licet traditio sit facta, non acquirere, nisi haec tacita conditio expresse aut tacite a venditore sit remissa et ita fides de pretio habita.

§. II.

Fidem de pretio esse habitam, in regula non praesumitur.

Licet vero vendor rem venditam simpliciter, nulla de pretio postea numerando facta mentione, emtori tradiderit, tamen fidem de pretio emtori habuisse non praesumitur; quoniam Imperator IUSTINIANVS ait, *Venditae res et traditae, non aliter emtori adquiruntur, quam si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satisficerit: veluti exprimisso aut pignore dato.* Si enim hoc non fuisset sensus Imperatoris, contrariam regulam statuere debuisset, hoc modo: quod venditur et traditur statim fieri accipientis, nisi fides habita de pretio non sit. Quo accedit, quod fidem de pretio habere facti sit, quod vero facti est, non praesumitur a); sed probari debet b); nisi (1) terminus solutioni fuerit praefixus; sive dilatio pretii concessa c); (2) Cautio sive hypothecaria sive fiduciaria pretii nomine fuerit praestata d); (3) Emtor ven-

A 2 dito.

a) §. 41. Inst. de Rer. diuis. L. 19. D. de contrab. emt. GAILIVS Lib. II. Obs. 15. n. 6. STRYCK in Caut. Contract. Seet. II. Cap. 8. §. 24. LAVTERBACH in Colleg. theor. praeff. Lib. XIX. Tit. I. §. 5. HUBERI Praeleff. ad Inst. de Rer. diuis. n. 33. BERLICH P. I. Concl. 64. n. 47. Diffent. MEVIVS P. IV. Dec. 204.

b) L. 2 et 25. D. de probat. VINNIVS ad §. 41. Inst. de R. D. n. 3

c) L. 3. C. de pacif. inter emtor.

d) MEVIVS P. IV. Dec. 280. et P. VI. Dec. 193. BRUNNEMANN. ad Leg. 19. D. de contrab. emt. n. 3.



ditori vſuras promiserit, etiam alternatiue, vt emtor vel confestim soluat pretium, vel vſuras prafuer. In alternatiua vero obligatione electio ante moram est debitoris. Venditor itaque, qui electionem permisit emtori, simul eidem fidem de prelio habuisse videtur e); (4) Nisi emtio venditio celebrata sit inter eiusmodi mercatores, qui fide habita contrahere consueuerunt; (5) nisi venditor emtori circa rem emtam tale quid concesserit, quod soli domino competit puta, vt pro libitu de ea possit disponere, aut simile f). Fide itaque de prelio ab venditore vel exprefse vel tacite habita, dominium rei venditae in emtorem regulariter transfertur.

§. III.

*Venditor, fide de pretio non habita, rem venditam iure
domini ex massa concursus vindicat.*

Venditor itaque, cui neque pretium solutum, neque alio modo satisfactum, et qui fidem de pretio non habuit, dominium rei venditae et traditae retinet; hinc moto ab emtore concursu, res, emtori vendita et tradita, aut in eius bonis adhuc reperitur, aut non. Priori casu venditor rem suam iure dominii repetit; aut potius rem suam vindicat, et ideo proprio creditor non est, nec partern concursus constituit, sed separationem bonorum a massa debitoris et concursus petit, eaque impetrata, cum reliquis creditoribus haud concurrit, nec partern in distributione facit, multoque minus iure crediti, seu creditorum, sed iure dominii res suas vindicat a). Concursus enim credi-

e) L. 7. §. 2. D. depos.

f) MEVIVS P. IV. Dec. 280. n. 3.

a) §. 41. Inst. de Rer. diuij. L. 5. §. 18. D. de trib. act. L. 13. §. 8.
D. de Act. emt. L. 19. D. de contrah. emt. BARTH in Hodog etb

creditorum, ius, quod antea venditor habuit, non tollit b); Posteriori casu, si scilicet res in bonis debitoris non amplius existat, tunc aut ab eo consumta est, aut reperiatur apud tertium. Re ab emtore consumta, rei vindicatio, quae ad res non amplius existentes non extenditur, locum quidem non habet, interim priuilegium personale ratione pretii nondum soluti ipsi competere, non sine ratione credo. Eiusmodi enim venditor non absimilis est deponens, qui rei depositae dominus manet, vt in nostro casu venditor; Iam vero deponens, re deposita a depositario citra eius voluntatem consumta, in quarta classe collocaatur c); eodem itaque priuilegio gaudere deberet venditor, re vendita ab emtore nondum soluto pretio, nec fide de eo habita, consumta; rem enim plane alienam, et ad se nondum pertinente, sed venditori adhuc ante solutionem pretii propriam consummis, et quadam ratione citra voluntatem venditoris. Hic enim ante pretii solutionem dominium in eum nec transfertur, nec transferre voluit, quia venditio tacitam in se continebat conditionem, si pretium soluitur, adeoque de consumptione rei, cuius dominium nondum abdicauerat, haud consensit. Vbi itaque eadem est ratio, ibi quoque eadem legis dispositio esse deberet. At obiceret forte quispiam, hoc priuilegium in iure non esse fundatum, nec Doctorum esse, priuilegia dare, aut data ad alios casus extendere. Vera quidem haec sunt, sed moto concursu innumeri casus obueniunt, quos Conditores legum neque cogitarunt, neque ab diueritate circumstantiarum cogitare potuerunt, qui ideo ex

A 3

ana-

*forens. in Append. ad Cap. III. §. 22. p. 832 BERGER in Occ.
Iur. Lib. IV. Tit. 31. thes. 1. not. 4. GAILIVS Lib. II. Observ.
15. n. 4.*

b) *MEVIVS P. VII. Dec. 40. n. 2 et 3.*

c) *L. 24. §. 2. D. de reb. au&t. iud. L. 7. §. penult. D. depos.*

analogia iuris et argumentis ex legibus desumtis determinari debent. Sed quaeritur utrum venditor, qui simul cum pretio pro re vendita et ab emtore consumpta vsluras petit, renunciet priuilegio. Quod non afferendum videatur, partim, quia emtor in mora soluendi pretium est, cuius effectus sunt vslurae d); partim, quia emtor, licet fides habita sit de pretio, tamen a tempore adeptae possessionis vsluras soluere debet e), et partim denique, quia aliquin ex re aliena commodum cum alterius damno percepisset, quod iniquum foret, praesertim cum debitor obaeratus deficiente hoc modo, alia ratione ad se suosque sustentandum media querere, et vel pecuniam mutuam accipere, vel hanc illamue rem alienare debuisset, quod forsitan in mains detrimentum creditorum tendisset. Quibus non obstat argumentum a deponente, qui, si vsluras sibi stipulatus est, inter chirographarios refertur, desumtum. Nam aliud est vsluras sibi stipulari, aliud vsluras ob moram petere. Nostrae sententiae ad stipulatur quoque argumentum a pupillo desumptum, qui post pubertatem, rationibus a tuteore acceptis, reliquationem eius secutus, vsluras acceperavit, priuilegium suum non amittit in bonis tutoris venditis. Praetor enim priuilegium ei seruare debet f).

§. IV.

Venditor, sive de pretio non habita, potest rem apud tertium existentem vindicare.

Iam vero alia quaestio nostrae disquisitioni se offert, nimirum quomodo venditor moto concursu sibi consule-

re

d) L. 34 et 38. D. de Vjur.

e) L. 13 §. 20. D. et L. 5. C. de Act. emt. LEYSER Spec. CCXI. Med.

i et 2. STRYCK in Vju Mod. Lib. XIX Tit. I §. 12.

f) L. 44. §. 1. D. de administ. et peric. tutor.

6

re debet, si emtor rem emtam, nondum soluto pretio, nec fide de eo habita, in aliud iure dominii transstulit. Distinguendum esse credo, utrum alienatio titulo onerofo, an lucrativo facta sit. Si alienatio titulo lucrativo facta, nullum est dubium, quin venditor rem a quounque posseffore vindicare possit. Nam emtor ante praefitam venditori satisfactionem non est dominus rei emtæ, adeoque dominium, quod ipse non haberet, in aliud transferre nequit a). Si vero alienatio ab emtore titulo onerofo facta, tunc terrus posseffor, aut pecuniam numeratam, aut aliam rem dedit. Si tertius posseffor rem pro re dedit, venditor rem suam a tertio posseffore ex ratione iam adducta vindicat, et hic iterum rem suam penes debitorem existentem ex massa concursus vindicat, aut potius condicir, quasi causa non sit secura b); debitor enim, qui rem alienam dedit, non satisfecit obligationi suae c), quia in contractu permutatorio traditio cum effectu dominii ad perfectionem requiritur; si vero res in bonis debitoris non amplius existat, ante creditores simplices in quarto ordine, meo quidem iudicio, locum obtinebit, quia debitor dando rem alienam non satisfecit obligationi suae, et ideo dans rem suam datam, quasi causa non sit secura, condicere potest; Ex quo apparet, dominium rei datae in debitorem non esse translatum. Datus itaque dominium, quod ante traditionem habuit, retinuit, et rem apud debitorem adhuc existentem eodem modo ut deponens, condicit, adeoque idem priuilegium ei quoque competere debet, quod competit deponenti, re deposita a depositario contra eius voluntatem consumpta. Nam

et

a) L. 54. L. 120 et 160. D. de R. I. L. 20. pr. D. de A. R. D. L. 27. §. 1.
D. de Noxal. act.

b) L. I. §. 4 D. de Rer. perm.

c) L. I. §. 3. D. cod.



et debitor hanc rem contra voluntatem dantis consumit, qui nunquam consensisset, si sciuisse, rem a debitorum acceptam esse alienam. Errauit non consensit; non vero videntur, qui errant, consentire d). Dolose inductus est ad rem tradendam; dolus vero excludit consensum; adeoque res contra dantis voluntatem a debitorum est consumta. Si vero debitor iterum rem acceptam tertio pro pecunia numerata vendidit, tunc debitor aut pecuniam adhuc possidet, aut ab eo consumta est. Priori casu venditor numeros exstantes iure separationis ex massa concursus eodem modo, ac si ipsa res vendita adhuc adesset, vindicat; nam surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatum est, et ira tertius emtor securus est. Posteriori vero casu si scilicet debitor numeros pro re vendita sibi solutos consumisit, venditor primus cum Dominus rem a tertio possessore iure dominii absque pretii refusione repetit, non minus ac Dominus rem furio ablatam a quocunque possessore absque restituzione pretii repetere vallet e). Tertius vero, qui inde laesus est, indemnitatem suam in concursu petere debet. Et ita diuersos obuenientes casus, si venditor fidem de pretio non habuit, diuidico.

§. V.

De loco venditori competente, qui fidem de pretio habuit.

Venditori, qui fidem de pretio habuit, secundum quotidianam praxin extra Saxoniam visitatam inter chiro-

gra-

d) L. 16. §. 2. D. de R. I.

e) L. 2. C. de furt. L. 3 et 23. C. de R. V. Art. CCXIII et CCXIV. C. C. C. Ratione vindicantis rem furtiuam dissentit CARPZ. P. IV. Conf. 39. Def. 8. immo Def. 10. furtum passio tacitam hypothecam in bonis furis ratione damni dati tribuit. Sed refutatus est a STRYCKIO in Vnu Med. Lib. XX. Tit. 2. § 19.

6

grapharios locus assignatur. Iure vero prouinciali Wurttemb. a) venditori res vendita tamdiu manet tacite oppignorata, donec totum pretium fuerit solutum. In Saxonia vero b) eiusmodi venditori priuilegium personale tribuitur, isque in quarto ordine collocatur. Et ni me omnia fallunt, optimo iure. Nam, qui ad rem certam comparandam, vel aedificandam pecuniam crediderunt, neque de hypotheca sibi prospexerunt, in quarto ordine collocantur, et chirographariis creditoribus praferuntur c); venditor vero, qui fidem de prelio habuit, eodem modo pretium credidit, adeoque eadem, si non maior, ratio est in venditore, quam in creditore extraneo, qui ad rem emendam credidit. Vbi vero similis, eadem, vel maior adest ratio, ibi quoque eadem legis dispositio esse deberet. Neque nos mouer ratio, que vulgo adducitur, nimirum quae fide habita venduntur, plerumque cariori prelio distracti, et hinc in quum fore, si potiori chirographariis priuilegio vti deberent. Verum quidem hoc est, et negari nequit, saltem in mercibus emitis; sed ac quum quoque est, quia mercatori, qui merces tabernarias ad tres aut sex menses credit, vsurae regulariter haud

B
dan-

- a) *P. III. Tit. 8. §. wenn auch*
- b) *CARPZ. P. I. Conf. 28. Def. 154. BERLICH P. I. Concl. 70. n. 15. COLERVS in Process. Execut. P. II. Conf. 3. n. 468. BRVNNE-MANN. in Process. Concurf. Cap. V. §. 63. BARTH in Hodog. forens. append. ad Cap. III. §. 23.*
- c) *L. 24. §. 1. L. 26 et L. 34. D. de Rob. auf. iud. L. 7. C. qui potior. in pign. et si haec sententia ex allegatis legibus aperte. demonstrari non posset, tamien vsu fori est recepta BRVNNEM. de Concurf. Credit. Cap. V. §. 41. BOEHMER in Digest. Lib. XLII. Tit. 5. §. 13. BERLICH P. I. Concl. 65. n. 152. BARTH in Hodogeth. forens. in append. ad Cap. III. de Execut. process. §. 23. BERGER in Reol. leg. Lib. XLII. Tit. 5. quaeft. 2. in fin. ME-VIUS P. IV. Dec. 312.*

dantur, ideoque res cariori pretio vendit, et quod plus
aequo solvitur, loco usurarum accipit. Ille vero, qui pecuniam ad rem emendam credidit, ordinarie usuras sibi
stipulari curat; hinc inter virumque creditorem nulla plane est differentia, et ideo eorum iura ac priuilegia, moto
in bonis emotoris concursu absque iniuste inaequalia
esse non possunt. Ne dicam quidem, hanc rationem
ad mercatores eorumque merces tabernarias tantum quadrae,
ad alias vero emtiones venditiones regulariter applicari non posse. Ille enim, qui rem immobilem v. g. domum,
aut hortum sive de pretio habita, vendidit, semper usuras,
sive eas sibi stipulatus sit, sive non, petere potest, adeoque ab eo, qui pecuniam ad rem comparandam credidit, plane non differt, et ideo eodem iure quo
ille frui debet. Hanc aequitatis rationem agnoscit quoque
SCHILTERVS d). Nec obstat illud principium: Ius singulare sive priuilegium non esse extendendum de persona
ad personam aut de casu ad casum. Nam hoc cum grano
saliis est applicandum, et pertinet modo ad eos casus,
vbi leges speciatim certae personae aut rei singulare quid
concesserunt, aut ita quid disposuerunt, ut ex ipsis legum
verbis, et ratione adiecta appareat, strictissime hoc esse
obseruandum, et nullo modo ad alios casus extendendum.
Sic Imperator IVSTINIANVS causas exhereditationis in
Nou. CXV. determinauit, quae ad similes vel maiores cau-
fas extendi non debent. Nam Imperator Ius pandectarum,
quod nullas causas exhereditationis praescripscerat,
sed patri potius liberam potestatem reliquerat, libe-
ros vel praeterire, vel sine iusta causa exheredare,
restringere, et ad aequitatem reducere voluit, ideoque
causas, certe non paucas, forsitan exempli gratia; sed qua-
tuordecim, non, quae hoc illoue tempore ipsi in men-
tem veniebant; sed semel et simul, non diffusim et diuer-
fis

d) *Exercit. XXXIII. §. 41.*

sis legibus, ad quaestiones forsan propositas; sed vna
 oratione et haud interrupta serie praescripsit, siveque satis
 luculenter indicauit, ex his quatuordecim praescriptis ca-
 sibus, et non aliis, sive sint similes, sive maiores exhereda-
 tionem fieri debere; Ex hac ergo ratione haec dispositio de
 casu ad casum, de persona ad personam extendi nequit. Sic
 quoque consuetudo de loco ad locum, de casu ad casum, de
 persona ad personam nullam admittit extentionem. Plane a-
 liter vero se habet doctrina de priuilegiis creditorum. Haec
 enim priuilegia non vna oratione aut lege, sed passim in di-
 uersis legibus, diffusim in toto corpore iuris, saepe immo-
 saepissime ad quaestionem propositam traduntur, aut con-
 ceduntur, plerumque exempli gratia tantum proponuntur,
 et ideo ad alios casus, vbi similiis, aut maior priuilegii ratio
 est, extendi debent. Nam ex legibus Digestorum et Codicis
 de particulari casu loquentibus, generalia axiomata deduci
 debere inter omnes constat. Id iam olim ICti famigeratissimi
 agnouerunt, et hodie agnoscent. Sic, vt alia exem-
 pla taceam, ei, qui ad rem emendam credit pecuniam,
 nec sibi de hypotheca prospexit, nullibi in legibus priuilegi-
 um datur, et tamen DD. idem priuilegium, quod illi,
 qui ad nauem emendam credit, concessum est, ob similem
 rationem huic tribuant. Quare itaque priuilegium, quod
 illi, qui pecuniam ad certam rem comparandam, vel ae-
 dificandam credit, datum est, ad venditorem, qui fidem
 de pretio habuit, ob similem rationem extendi non de-
 beat, ego non intelligo.

§. VI.

De Iure venditoris ad Fidem balendam dolo emtoris
inducti.

Venditor itaque, qui fidem de pretio habuit, extra Sa-
 xoniā inter chirographarios ponitur. Sed haec thesis fu-

B 2

is



is haud caret exceptionibus, quarum prima est, si venditor ab emtore, qui iam tempore venditionis non erat soliendo, ad fidem de pretio habendam dolose inductus est. Hoc enim in casu, licet fides sit habita de pretio, tamen dominium rei venditae et traditae non transit in emtorem dolosum a), quia nulla est venditio, si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est b); nam dolus excludit consensus vendoris in fide habenda, et sic fides tali casu habetur pro non habita, et res non tradita, sed fraudulenter ablata censuratur c). Dolus vero non praesumitur, sed ab allegante perspicuis indicis est probandus d); colligitur tamen exinde, si emtor paucis diebus post fidem habitat vel bonis cesserit, vel in fugam se contulerit e). Sic iure Lubencensi spatium fugae quatuor septimanarum positum est f). Iure Hamburgensi triduum vel quatriduum praefinitum est g). Venditor itaque, qui dolo emtoris ad fidem de pretio habendam inductus est, dominium suum traditione non amisit; hinc, si concursus creditorum in bonis emtoris excitetur, rem venditam iure dominii ex massa concursus vindicat. Et ita nomine inclytiae Facultatis iuridicae PRAESES huius Dissertationis Mense Octob. MDCCCLXXIII. iudicauit. Emotor enim erat administrator aerarii militaris, et eius bona ob tunc temporis praesumtas defraudationes iam aliquot menses ante hunc

cum

- a) L. 31. D. de A. R. D. L. 3. §. 10. D. de donat. inter V. et V.
- b) L. 7. pr. D. de dolo male.
- c) L. 3. D. de pign. acf. CARPZ. P. I. Conf. 28. Def. 18. GAILIVS Lib. II Obj. 15. MEVIVS P. IV. Dec. 193 n. 13.
- d) L. 51. D. pro Socio L. 6. C. de dolo male L. 18. §. 1. D. de probat. L. 10. C. de rescind. vendit.
- e) BERLICH P. I. Concl. 64. n. 58.
- f) MEVIVS ad iur. Lubec. Lib. III. Tit. 6. Art. I. n. 24.
- g) Statut. Hamburg. P. II. Tit. 5 Art. 3. LUDOVICI Einleit. zum Concurs-Proces Cap. X. §. 28.

❧ ❧ ❧

cum venditore celebratum contractum, erant obsignata. Venditor, qui alio in loco degebat, hoc nesciebat, nec facile scire poterat, quia emtor statum bonorum suorum valde, et ita occultauerat, ut ne ipsa quidem Camera Electoralis, quae tamen cum ipso administratore in eodem loco erat, hoc explorare potuisset. Bona fide itaque venditor merces quasdam huic emtori crediderat. Altero vero die, postquam haec merces ad emtoris domum aduenierant, hic moriebatur, et die sequenti concursus creditorum, qui ad 2800. thaleros assurgebat, aperiebatur. His itaque circumstantiis concurrentibus, venditori ius merces suas ex massa concursus vindicandi concedebatur quidem; quo tamen omnis dubitatio evitaretur, quae inde oriri posset, vtrumne venditor insolventiam emtoris sciueret, et tamen fidem de pretio dedisset, iuramentum purgatorium ei iniungebatur. Si enim venditor obaeratum statum emtoris sciret, et nihilominus merces credit, tunc non ab emtore, sed a se decipitur, et ideo ius, alias ipsi competens, amittit h).

§. VII.

*De Iure venditoris rei immobilis ante resignationem
iudicalem iis in locis, vbi haec requiritur.*

Altera exceptio huius theses se offert in iis locis, vbi ad dominium rei immobilis acquirendum non sufficit venditio et traditio, sedemque esse habitam de pretio, sed insuper requiritur judicialis resignatio. Erat haec olim consuetudo Germanorum viuernalis, ut apparer ex Speculo Saxonico a), Weichbaldo b), Speculo Sueuico c),

B 3

Iure

h) L. 26. D. de R. V.

a) Lib. I. Art. 8 et 59.

b) Art. 20.

c) Art. 308.



Iure Lubecensi d), Magdeburgico e), et Brunsvicensi f). Nec obsoletum hodie est hoc ius. Retinuerunt quippe omnes, et adhuc seruant quotquot iura Saxonica, Brunsvicensia et Ius Lubecense retinuerunt et seruant g). Est haec consuetudo laudabilis, quae interesse reipublicae pro fundamento habet, ne scilicet dominia rerum sint incerta, et quo res publica sciat, quos praediorum sibi subiectorum possessores oneribus publicis ferendis obnoxios habeat, cines quoque in emtione et pignoratione istiusmodi bonorum haud decipiatur. Inde vero oritur quaestio, utrum venditor, qui rem immobilem vendidit, tradidit, et fidem de pretio habuit, modo in emtoris bonis ante iudiciale resignationem concursu, eam iure dominii repetere possit, an vero cum residuo prenio in quinta classe locari debeat? quae quaestio haud levibus premitur difficultatibus. Ill. H O M M E L h) huic non absimilem proponit quaestionem, nimirum, utrum aedes a debito re communi venditae, iudiciali resignatione non fecuta, ad massam concursus pertineant, emtorque solutum premium liquidare, atque suam locationem in ultima demum classe expectare teneatur? atque distinguit, ut emtori vindicare aedes permittat, si vel extra judicialiter ipsi traditae fuerint, hancque sententiam praejudicio corroborat; contra vero, si fundus venditus quidem, nec tamen priuatim traditus sit, emtori nihil amplius, quam repetitionem pretii, in ultima demum classe permittit, et hoc duplici praejudicio confirmat. Probat hanc suam sententiam ex Constitutione Electorali nouissima prima d. a. 1746. quae emtori

actio-

- a) P. III. Tit. 6. Art. I.
- e) Ord. Polit. Cap. XXII. §. 2.
- f) Fürstl. Braunschw. Land. Ordn. Art. 15.
- g) LEYSER Spec. CCCCXLVI. Med. 3. Illust. PUFENDORFF Tom. I. Obs. 95.
- h) In Rhapsod. Quaest. Obs. XCVI et CCCXLVII.

❧ ❧ ❧

actionem Publicianam tribuit, quaeque moribus nostris parum a rei vindicatione discrepat, adeoque bonitarium eiusmodi dominium vero dominio fere comparandum esse, statuit, et inde concludit, curatori bonorum, qui aedes ab emtore vindicare cupit, obstatre exceptionem rei venditae et traditae, sibique format regulam: Intuitu venditoris emtor est verus dominus, licet aedes tantum extra iudicitaliter traditae, intuitu autem tertii emtor dominus plenus non putatur, nisi per inuestituram Saxonicum dominium acceperit. Itaque, si venditor priuatim quidem fundum tradiderit, eundem vero ante traditionem iudicalem Titio oppignorauerit, iusta erit et legitima Tirii hypotheca, quia iam venditum fundum fuisse scire non potuit. Ex quibus in inuerso casu sequeretur, ut venditor, qui rem immobilem vendidit, tradidit, et fidem de pretio habuit, moto in emtoris bonis ante resignationem iudiciale concursu, eam ex massa concursus repetrere non posset, sed ratione pretii residui suam locationem in ultima deenum classe expectare deberer. Sed tota haec sententia se fundat in iam citata Constitutione Electorali, ut ipse Illustr. HOMMEL, quem veneror, fatetur, adeoque ad solas terras Electorales refringenda erit. Scio quidem, iam olim AND. MEYERVM i) hanc resignationem iudicalem in Germania passim visitatam ex dominio quiritario et bonitario Romanorum deriuasse, et dominium emtoris ante resignationem iudicalem pro bonitario, post resignationem vero pro quiritorio vendidisse, sed infelici successu. Discriben enim illud inter dominium quiritarium et bonitarium ante, quam Ius Justinianeum Germanis innotuit, iam abrogatum fuit; haec vero resignation iudicialis iam antiquissimis temporibus, et ante receptionem Iuris Romani apud Germanos inualuit, quod ex iam supra allegatis legi-

i) *De Inuestitura Sax.* Cap. II. n. 15.



legibus Germanorum antiquissimis satis luculenter apparēt,
ideoque haec comparatio cū dominio emtoris ante
et post iudiciale resignationem incongrua mihi vi-
detur.

§. VIII.

Continuatio argumentii adseritur.

Meo iudicio iis in locis, in quibus judicialis resignation
recepta est, quamdiu illa non accessit, imperfecta est vendi-
tio, et vendor dominium rei venditae retinet a), ideo-
que seruitutes et alia onera rei imponere, eamque credi-
tori suo valide oppignorare potest; immo moto in emto-
ris bonis concursu, si rem nondum extrajudicialiter tradi-
derit, eam retinere, facta vero iam extrajudiciali traditio-
ne, illam ex massa concursus vindicare potest, quia con-
tractus ante resignationem iudiciale est nullus, et sic do-
minium ante eam in venditore manet; emtor vero per
traditionem rei extrajudicialiter ei factam, nudam tantum
detentionem nanciscitur. Ut itaque dominus rem suam a
quolibet derentore vindicare potest, ita quoque hoc ius
vendori moto in emtoris bonis ante iudiciale traditio-
nem concursu, competere debet. Quod etiam satis luculenter
pleraeque lēges provinciales, quae resignationem iudicia-
lem exigunt, indicant, quippe quas contractum totum ir-
ritum declarant, et magistratus aliquam eius habere rati-
onem vetant. Sic in der Fürstl. Braunschweigischen Lan-
desordnung b) dispositum est: *Alle Kaufbriefe etc. sollen den*
Fürstl.

a) Ita quoque sentit HERTIVS de Reseruant dominii vel hypo-
thecae in re vendit. *Seſſt. I. §. 3. STRYCK in V. M. Lib. XVIII.*
Tit. I. §. 15. et Lib. XIX. Tit. I. §. 9 CARPZ. Lib. I. Rep. 102.
et P. I. Conf. 28. Def. 21. COLER. in Proceſſ. Execut. P. I. Cap.
10. n. 199. PISTOR. Obj. CCXXX. n. 1.

b) *Art. 15.*

Für gl. Aemtern und den Gerichtsverren vorgelegen, und von denselben bestätigt, sonst aber darüber nicht gehalten werden. Et in Ordinat. polit. Cruit. Luncb. c) legitur: Keine Kraft haben, und zu rechte darauf nicht erkant werden. Porro Ord. Polit. Magdeburg. d) ita haber: Es sollen aber hinfübro alle Kaufcontrache über unbewegliche Güter gerichtlich fürgetragen, und ebe solches nicht geschehen, und das verkaufte Guth dem Käufer gerichtlich aufgelassen, das Eigenthum auf den Käufer beständig nicht gebracht, noch derselbe als Eigentumsherr erkannt werden. Et Iure Hamburgensi e) cautum legitur: In liegenden Gütern kan kein Schade oder Vortheil dem Käufer zugerechnet werden, es sey ihm denn zuförderst vor sitzenden Rath verlassen. Similiter in Iure Lubecensi f) prouisum est: Würden liegende Gründe und stehende Erben verkauft, so müssen dieselbe vor dem Rath verlassen werden. Immo si haec nullitatis poena etiam in quibusdam legibus prouincialibus expresse haud sit praescripta, tamen tacite subintelligi, meo quidem iudicio, deber, licet dissentiat LEYSER g). Nam statuta sunt leges. Leges vero aut praecise sub poena subditis quid inbent; sed hoc de Statutis resignationem iudicialem desiderantibus praedicari nequit; subditus enim eam negligens nulla poena afficitur; Aut lex duntaxat facultatem legitime aliquid faciendo determinat, quo casu in arbitrio agentis est, vel in iure eo vi, nec ne? quo pertinent leges permissuae, inter quas eiusmodi Statutum, resignationem iudicialem.

C requi-

c) P. II. Tit. 3. §. 2.

d) Cap. XXII. §. 2.

e) P. II. Tit. 8. §. 13.

f) P. III. Tit. 6. Art. 1.

g) Spec. CCCCXLVI. Med. 5. ibique allegat. BERLICH P. III.

Dec. 345. n. 15. KLEINIVS de resignat. iudic. Cap. I. n. 75 et

Cap. II. n. 143. sequ. MEVIVS ad Ius Lubec. P. III. Tit. 6.

Art. I.



requirens, quoque referri nequit; alioquin ab arbitrio
subditorum dependeret, vtrum eam adhibere vellent,
nec ne? et ita nullae aut perpaucæ resignationes fierent;
Aut denique Lex vnice formam aëlui præscribit, tunc,
ea non seruata, aëtus est nullus g). Et ira sine dubio
eiusmodi Statutum, quod resignationem iudicialem desiderat,
dijudicari debet, alias absurdâ inde sequerentur.
Quinimo haec resignatione iudicialeis iis in locis, vbi ex le-
gis præscripto requiritur, est nouum substantiale speci-
ficum emptioni venditioni rerum immobilium Statuto aut
lege prouinciali superadditum, deficiente vero uno sub-
stantiali, contractus est nullus. His itaque positis mea
firmo stat talo sententia: emtionem venditionem rerum
immobilium absque iudiciali resignatione iis in locis, vbi
ea desideratur, esse nullam, siue haec poena nullitatis
statutis sit inferta, siue non. Ex contractu vero nullo
nullum dominium in emtorem transferritur, sed apud ven-
ditorem manet, qui ideo rem emtori, in cuius bonis
concursum ante resignationem iudicialem mouetur, iam
traditam, ex massa concursus vindicare potest.

§. IX.

*De Iure venditoris, qui dominium usque ad pretium
exsolutionem sibi referuauit.*

Sed missis his, ad aliam limitationem recepti extra
Saxoniam principii, quod venditorem, qui fidem de pre-
tio habuit, inter chirographarios collocat, transeamus;
Nimirum si vendor in re vendita ob residuum pretium si-
bi dominium referuauit. Sed non conueniunt inter se
Doctores, vtrum hoc dominium referuatum verum et
ordinarium sit dominium, an hypotheca tantum sit refer-
uata.

h) BOEHMER in Digest. Lib. I. Tit. 3. §. 10.

14
16

uata. Alii a) hoc dominium tantum intelligunt de hypotheca in re vendita reservata, quoniam ex verbis huius pacti satis appareat, venditorem tantum in animo habuisse, hypothecam et priuilegium praelationis aduersus alios creditores sibi referuare. Alii b) vero distinguunt inter dominium ordinarium et subsidiarium, illudque emtori tribuunt, quippe qui fructus omnes ex re emta percipit, et eandem quoque vindicare potest, si ad alium perueniret; hoc vero penes venditorem manere contendunt. Ex mea vero sententia videndum est, utrum venditor sibi tantum hypothecam, an vero ipsum dominium reseruauerit. Posteriori casu, nam de priori §. xviii. agetur, venditor verus dominus adhuc est, et dominium ordinarium apud ipsum manet, qui ideo rem ex massa concursus vindicare potest. Nam si fides de pretio habita non est, dominium tamdiu manet penes venditorem donec emtor premium integre persoluerit, ac multo magis si expresse dominium sibi reseruauerit. Nam hoc pactum reseruati dominii efficit, ne contractus ille perfectus dici possit, quoniam emtor venditio negotium est, quo dominium rei pro certo pretio in aliud transferri debet. Obiciunt quidem HERTIVS, BERGER et alii c) dominii translationem, quam hoc pactum suspendit, non pertinere ad huius contractus perfectionem, sed tantum ad eius implementum; sed hoc aperte falsum est. Licet enim hic contractus tantum sit consensualis, in quo praeter consensum ad sui substantiam nihil requiritur, et licet substantialia

C 2

huius

- a) PETR. FRANCISC. DE TONDVT. *Traff. de praeuent. iud. P. I.*
c. 31. n. 23.
- b) BERGER in E.D.P. Tit. XLII. Ols. 4. HERTIVS de Reversat. dominii vel hypothecae in re vendita Sect. I. §. 7. HVBERVS in Praecl. ait tit. D. de contrah. emt. n. II.
- c) HERTIVS l.c. §. 5. BERGER l.c. not. 4.



Huius contractus tantum consistant 1) in consensu; 2) de re et 3) pretio; tamen hic consensus cum effectu intelligi debet, scilicet vendorum consentire et velle debet, dominium rei certae pro certo pretio in emtorem transferre, quod LABE O d) satis clare docet, dicens: *Nemo potest videli rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorem transeat.* Ideo vero hic contractus non est realis, qui traditione demum suam capit substantiam, sed est, et manet consensualis, et solo consensu de dominio rei certae pro certo pretio in emtorem transferendo perficitur. In hoc itaque consensu consistit substantiale specificum huius contractus, sive forma hunc contractum ab aliis praecipuis locutione conductione, distinguens. Nam in locutione conductione etiam requiritur consensus, non vero de dominio rei certae, sed de usu rei certae pro certa mercede in alterum transferendo. Sed hic consensus per pactum reseruati dominii, donec pretium solutum, suspenditur, adeoque contractus hic sub conditione suspensiva est initus. Obmovent quidem porro HERTIVS non sequi: si emtio et venditio est contractus dominii translatus: ergo propter pactum adiectum, ne dominium transferatur, eam fieri conditionalem, maxime cum vendor ipso iure non teneatur, ut ante pretii solutionem dominium transferat. Sed hoc omnino sequitur. Nam aut pactum ita est initum, ne dominium rei emiae in emtorem transeat, et tunc emtio venditio secundum LABEONEM est ipso iure nulla; aut ita pactum est initum, ne dominium rei emiae in emtorem transeat antequam ille pretium soluerit, et hoc in casu contractus sine dubio est conditionalis. Non tenetur quidem vendor ante pretii solutionem dominium transferre, sed quid? si ille rem, fide de pretio habita, tradiderit, nonne tunc dominium transferre-

d) L. 80. §. 3. D. de contrab. emt.



4
16

ferretur in emtorem; nisi illud sibi reseruaret. Venditor itaque hoc casu promittit dominum in emtorem transferre simulac hic pretium soluer; spes itaque consequendi dominium, non ipsum dominum, in emtorem translata est.

§. X.

Vltior Continuatio paragaphi antecedentis.

Est igitur vi huius pacti emtio venditio sub conditio-
ne suspensiua inita a), si scilicet emtor pretium soluat.
Sub conditione enim stipulatio fit, cum in aliquem casum
differtur obligatio, ut si aliquid factum fuerit, nimurum
pretium ab emtore solutum fuerit, vel non fuerit, commit-
tatur stipulatio. Ex conditionali vero stipulatione tantum
spes est debitum iri b). Haec itaque conditio suspensiua
actum plene perficiendum confert in futurum euentum c),
ita, vt pendente conditione ius quoque tam obligatio-
nis, quam praefestationis in pendenti sit d), et nec cesse-
rit, nec venerit dies e), adeoque titulum interim non
constituat, nec usucaptionem operetur f). Existente ve-
ro conditione retro perficitur contractus g); deficiente
conditione contractus est nullus h).

Licet vero venditor pendente conditione suspensiua dominus maneat, tamen

C 3

hoc

- a) Nobiscum consentit CARPZ. Lib. I. Resp. 108. n. 15. sequ. HU-
BER. in Praelect. ad Tit. D. de peric. et commod. rei vendit. §.
g. Dissent. LAVTERBACH in Tract. synopt. de peric. et com-
mod. rei vend. §. 1. n. 16. HERTIVS h.c. Sect. I. §. 5.
- b) §. 4. Inst. de Verb. oblig.
- c) L. 7. pr. D. de Contrab. emt.
- d) L. 16. C. de Fideiuff.
- e) L. 213. D. de V. S.
- f) L. 2. §. 3. sequ. D. pro ento.
- g) L. 11. §. 1. D. qui potior. in pign.
- h) §. 4. Inst. de verb. oblig.

hoc pactum, quatenus pendet suos habet effectus, facit enim, ut vendor de hac re vendita pro libitu disponere, eamque tertio vendere nequeat. Nec emitor inuito venditore a contractu recedere potest, sed vterque eius euentum expectare tenetur, quae spes etiam ad heredes transit. Si vero emtor concursum creditorum antequam pretium residuum soluit, excitat, conditionem, quia ad paupertatem redactus est, aperte amplius adimplere nequit, et sic contractus est nullus, adeoque vendor rem suam extantem ex massa concursus vindicare potest i), quod VLFIANVS k) satis luculenter indicat, dum ait: *Res venditae non alias designant esse meae, quamvis vendidero, nisi aere soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfactio: et proinde dicendum, MERCES, QVAE IN CREDITVM NON ABIE-RVNT, VINDICARE ME POSSE.* Emotor vero ob pactum reseruati dominii contractui adiectum, ante solutionem pretii solummodo conductor est, aut precario rem possider. Ita enim ait LABEO l): *Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorem translat: SED HOC AVT LOCATIO EST, AVT ALIVD GENVS CONTRACTVS.* Et hoc comprobant exempla, quae in legibus occurunt. Sic PAV-LVS m): *veluti cum emtor fundum conductit, donec pretium ei soluat, et IAVOLENVS n): Cum venderem fundum, conuenit, ut donec pecunia omnis persolueretur, certa mercede*
emtor

i) CARPZ. Lib. I. Rep. 108. et P. I. Confl. 28. Def. 21. n. 1. RAVCH-BAR. P. I. Quæst. 6. n. 13.

k) L. 5. §. 18. D. de Tribut. acz.

l) L. 80. §. 3. D. de contrah. emt.

m) L. 20. §. 2. D. locat.

n) L. 21. D. locat.

emtor fundum conductum haberet, et alio loco ^{o)} idem
I A V O L E N V S ait: *Servi emtor, si eum conductum rogauit,*
donec pretium solueret, nihil per eum seruum acquirere poter-
rit: quoniam non videtur traditus is, cuius possessio per lo-
cationem retinetur a venditore. Hac lege simul sole meri-
diano clarior nostra sententia: dominum rei venditae,
quod per pactum a venditore reseruatum est, non
transire in emtorem, sed penes venditorem, rema-
nere, confirmatur. Nam secundum illam non vi-
detur traditus is, **CYIVS POSSESSIO** scilicet ciuilis
id est, cum animo sibi habendi coniuncta, **PER LOCA-**
TIONEM RETINETUR A VENDITORE. Immo emtor
ne quidem fructus ex re, cuius dominium venditor sibi
reseruauit, acquirere potest, quoniam secundum hanc le-
gem **Serui emtor** --- nihil per eum seruum acquirere poter-
rit. Si itaque moribus nostris emtor re sub hoc pacto
emta vtitur fruaturque, hoc inde evenit, quia loco mer-
cedis vsluras soluit. Nam si vendor rem sub pacto re-
seruati dominii venditam emtori tradit, eique re absque
mercede aut vsluras loco mercedis vii frui permittit, pre-
carium erit. Ita enim **V L P I A N V S p):** *Ea, quae disfrac-
tunt, ut precario penes emtorem essent, quoad pretium uni-
uersum persolueretur, si per emtorem fieret, quo minus per-
solueretur, venditorem posse consequi.* Ex quibus simul ap-
paret, venditorem rem, non soluto ab emtore pretio,
posse vindicare, aut quod consultius est, actione locati
rem repeteret: ita enim **P A V L V S q) ait:** *Item si pretio non
soluto, inemta res facta sit, tunc ex locato erit actio.* Haec
P A V L I verba nostram sententiam quam maxime corrobo-
rant: nam in leg. XX. et XXI. D. locati proponitur casus,

vbi

o) *L. 16. D. de peric. et commod. rei vendi.*p) *L. 20. D. de precario.*q) *L. 22. D. locat.*

Vbi emtor fundum conduct, donec pretium venditori
 soluat, et his vna fere oratione annexatur, quomodo
 venditor sibi consulere debeat, si emtor pretium non sol-
 uat, et ita res inenita fiat. Cui non obstat, has leges
 tantum agere de pacto ita inter emtorem et venditorem
 initio, ut emtor fundum certa mercede conductum, aut
 precario haberet, donec omnem pecuniam persolueret.
 Nam si has leges ad pactum reservati dominii referre no-
 lis, certe in toto Corpore iuris nullam inuenies legem,
 de reseruatione dominii agentem, sed ex moribus origi-
 nem huius pacti trahere debes. Interim nemo negabit,
 quin locatio conductio huic pacto quam proxime acce-
 dat; hinc eiusmodi locatio conductio, licet in contractu
 venditionis non expressa sit, tamen illi tacite inest, quia
 venditor dominus rei venditae manere, emtor vero re-
 emta vti frui, et pro usufructu usuras soluere debet.
 Dissentient quidem alii r), quia emto venditio principa-
 lis contractus est, et merces, quae ex pactione praefatur,
 non qua merces, sed qua usura, ob pretium non solu-
 tum intelligi potest; ego vero alter sentio, quis in con-
 tractibus rei veritas potius, quam scriptura perspici de-
 bet s), et in entis venditis inquit ICtus POMPONIVS po-
 tius id, quod actum, quam id, quod dictum, sequendum est,
 et cum lege id dictum fit t); Nam licet scriptura huius
 contractus de emtione venditione loquatur, et hacc et-
 iam sub conditione suspensiua, si scilicet ab emtore preti-
 um solueretur, inita sit, tamen huiusmodi placitum mu-
 gare substantiam veritatis, et ei nocere non potest v);
 re ve-

r) Card. de Mantica L. IV. de tacit. et ambig. conuent. Tit. 25. n.
 g. S. T. R. Y. C. K. in Diff. de fide habita Cap. V. n. 24. HERTIVS
 l. c. Scft. I. §. 6.

s) L. I. C. plus valere quod agit.

t) L. 6. §. 1. D. de contrah. emt.

y) L. 10. C. eadem.

4
16

re vera enim locatio conduction ad interim, usque ad pretii solutionem celebrata est, et emtori usus rei pro certis usuris, quae loco mercedis soluuntur, aut potius ipsa merces sunt, relinquitur. Nam secundum iam saepe citatum LABEONEM nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorem transeat, SED HOC AVT LOCATIO EST, AVT ALIVD GENVS CONTRACTVS. BRVNNEMANVS ^{w)} dicit quidem, hanc legem non pertinere ad reservationem dominii, de qua heic agimus, temporariam scilicet, usque dum pretium fuerit solutum. Sed hoc saperte est falsum; nam lex in generè ad emtionem venditionem requirit dominii translationem, et hanc, ut substantiale huius contractus considerat, quo usque ergo, siue hoc sit in perpetuum siue ad certum tempus, dominii translatio deficit, eosque emtio venditio non est celebrata, sed vel locatio est, vel aliud genus contractus.

§. XI.

Notatur BERGERVS, simulque ostenditur, venditorem hoc dominium non amittere petendo usuras, si modo reservatio dominii ad minimum in ipsa traditione facta, et resignatio iudicalis non subsecuta sit.

Ex quibus prono alueo fluit BERGERI a) aliorumque sententiam, qui dominium reseruatum a venditore tantum reservatae hypothecae aequiparant, et ideo rei vindicationem ei denegant, creduntque, eum tantum petere posse, ut res vendita, et in massa concursus adhuc existens, sibi reddatur, donec de pretio ipsi satisfactum, aut ut de

D

lici-

w) Ad leg. 80. §. 3. D. de contrah. emt. et qui cum fecutus est

HERTIVS l. c. Sec. I. §. 1.

a) In E. D. F. Tit. XLII. Ob. 4.



licitato in iudicio deposito p^{re}cereris creditoribus ipsi satisfiat, falsam esse. Competit potius venditori ius rem ex massa concursus vel rei vindicatione, vel actione locati repetendi; nisi creditores, qui in locum debitoris succedunt, omnibusque eius iuribus gaudent, conditionem, sub qua venditor dominium sibi reseruauit, adimplere, et pretium residuum ipsi soluere velint, hoc iis, quia personam debitoris represe[n]tant, non solum integrum est, sed a venditore quoque ob contractum emptionis venditionis sub conditione suspensiua initum, declinari nequit; ita enim conditio existit, qua existente retro perficitur contractus. Creditores itaque habent electionem; viam vero, quam semel elegerunt, ambulare debent b). Siue hoc siue illud eligant, nullum venditori adferunt detrimentum, quia ille dominus manet, usque dum integrum pretium absque omni detractione ei solutum, adque cum reliquis creditoribus haud concurrit, nec partem in distributione facit, multoque minus iure crediti, seu creditorum, sed iure dominii rem suam vindicat. Sed quaeritur, vtrum venditor hoc priuilegium aut potius dominium, quod sibi reseruauit in re vendita, amittat, petendo usuras? et recte negatur, quia hae usurae ex natura contra*c*tus ipsi debentur c), locoque mercedis solvuntur, et alioquin emtor duplice commodo ex re ipsa et pretio perfrueretur, quod iniquum foret; Interim haec omnia non aliter procedunt, quam si venditor in ipso contractu, aut ad minimum in ipsa traditione dominium sibi reseruauerit d), ita, ut adhuc nullum ius ex

con-

b) L. 4. §. 2 et L. 7. D. de leg. commiss.

c) L. 13. §. 20. D. et L. 5. C. de A*et*l. emt. pend. BRUNNEMANN ad L. 24. D. de reb. auch. iud. n. 7.

d) L. 58. D. de rescind. vendit. arg. L. I. §. fin. D. de reb. cor. qui sub iur. HERTIVS l. c. Se*ct*. 1. §. 4. CARPZ. P. II. Con*st*. 23. Def. 17.

4
—
16

contra&tu in emtorem translatum sit. Re enim semel et pure tradita, dominioque in emtorem translato, venditor de dominio, tali conuentione reseruando, frustra est sollicitus e); quoniam emtor, facta traditione dominium consecutus est, quod ei ius de illa re disponendi, eamque oppignerandi tribuit. Si iraque emtor hoc iure vitetur, et rei emtiae hypothecas imponit, antequam venditor dominium sibi reseruauit, tunc ille nouus creditor hypothecarius omnino ius potius habet, quam hic venditor. Insper reuirit, ut venditor resignationem iudicalem haud suscipiat, alias pactum reseruati dominii effectus suos perdit; protestatio enim facto contraria nihil iuvat.

§. XII.

*Venditor, licet dominium sibi reseruauerit,
periculum tamen ferre non debet.*

Anceps adhuc est quaestio, vtrum venditor, an emtor vi huius pacti periculum rei sustinere debeat? Ex quorundam sententia a) venditoris periculo res est. Ex aliquorum emtor periculum ferre tenetur b). Et ad hanc sententiam corroborandam vrgent, (i) emtionem eo etiam casu esse perfectam, quae vera est transferendi in emtorem periculi ratio. Sed idem hoc est, quod negamus. Emto venditio, quia substantiale, dominii scilicet

D 2 trans-

a) Arg. L. 3. §. 1. D. de Oblig. et act. L. 20. C. de paſt.

b) HYBER. Prael. ad Tit. D. de peric. et comm. CARPZ. Lib. I. Ref. 108. SCHILTER Exercit. XXX. §. 57. sequ.

b) BERGER in Resol. Leg. Lib. XIIIX. Tit. 3. verb. periculum tamen est p. m. 302. LAVTERBACH Traſt. synopt. D. de Leg. commiff. §. 1. n. 16. BRUNNEMANN ad Leg. I. C. de act. emt. n. 2. ad Leg. penult. D. de contrab. emt. n. 8. et ad L. 8. D. de peric. et commod. n. 8.



translatio deficit, perfecta dici nequit, adeoque vera transferendi in emtorem periculi ratio deest; (2) eodem casu omne commodum pertinere ad emtorem, itaque rationem naturalem postulare, ut eundem sequatur periculum. Verum quidem est, omne commodum pertinere ad emtorem, sed inde non sequitur, ut ideo periculum ferre debeat. Nam conductor etiam omne commodum ex re conducta percipit, et tamen periculum non fert. Eiusmodi vero emtor plane non differt a conductori, nam pro vsu rei vsuras loco mercedis soluit; (3) reservationem dominii a venditore fieri in sui securitatem, atque adeo non esse detorquendam in eius odium. Certa ratione hoc quidem verum est, sed ad hanc iam sufficit hypothecae reservatio; dominii reservatio vero amplius quid et ius vindicandi rem ex massa concursus tribuit. Venditor itaque, qui vult, quod antecedit, velle etiam deber, quod sequitur; sibi imputet, quod hanc viam ad sui securitatem elegerit, cum tamen hypothecae reservatione quoque securus esset; (4) fide de pretio non habita, dominium, re etiam tradita, remanere penes venditorem; neminem autem tum periculum venditori incumberere, dixisse. Et hoc nec ego dico, sed plane diversa est ratio; hoc enim casu, non illo, emtio venditio est perfecta; (5) non obstat iuris civilis naturalisque regulam, rem perire suo domino, nam illam fallere in domino, coque certae specie debitore. Reste; sed venditor, qui dominium sibi reservauit, non est debitor certae specie; nam contractus sub conditione est iniuris. In contractu conditionali vero dies pendente conditione nec cedit, nec venit c). Eorum ergo mihi arridet sententia, qui ad venditorem periculum pertinere, aiunt.

Et

e) L. 213. D. de V. S.

4
1

16

Et hanc certe amplexus essem; nisi IAVOLENS d) ita docuisset: Serui emtor, si eum conductum rogauit, donec pretium solueret, nihil per cum ferum adquirere poterit: quoniam non videtur traditus is, cuius possessio per locationem retinetur a venditore. PERICVLVM EIUS SERVI AD EMTOREM PERTINET: quod tamen sine dolo venditoris interuenerit. Miror tantum, cur nec unus Doctorum, qui de hac materia egit, hanc legem in medium vocauerit. Ratio vero huius dispositionis, ni fallor, est, quod emtor ex conuentione ius pretium soluendi, et ita dominium acquirendi quandocunque voluerit, habeat, hinc cum in mora soluendi et dominium auocandi sit, omne damnum interea contingens, sibi imputare debet.

§. XIII.

*Quaeritur, in quam classē vſuræ ob reſeruatum
dominium reſiduae collocaſtūr.*

Maiorem dubitationis rationem praebet illa quaestio, in quam classē vendor, qui dominium fibi reſeruauit, cum vſuris forſan reſiduis, excitato ab emtore concursu, collocaſi debeat? In iis terris vbi ratione vſurarum in concursibus ius commune a) adhuc feruatur, et vſuræ cum forte adiudicantur, quaestionem hanc otiosam esse, videtur, quoniam hoc caſu etiam vendor ratione vſurarum ex reſeruato dominio potior est quolibet alio creditori debitoris sui, ideoque omnibus aliis creditoribus praeferrri, et iure quasi ſeparationis eas accipere debet. Et idem valere quoque in iis locis, vbi vſuræ demum, omnibus fortibus exfolitis, collocaſtūr, uno fere ore tra-

D 3: dunt

d) L. 16. D. de peric. et commod.

a) L. 18. D. qui potior. in pign.

dunt Pragmatici b). Ita quoque DOMINVS PRAESES ex
communi sententia controversiam nomine Illustris Fa-
cultatis Iuridicae, quae in hac Alma Iulia Carolinal floret,
decidit Mensis Novemb. MDCCCLXXIII. Da bisgegen in
Anschung der dritten Beschwerde, dass nemlich der Impera-
tor ihre geforderten Zinsen zugleich mit dem Capital, und
nicht erst alsdenn, wenn den übrigen Gläubigern ihre Capi-
talien berichtigt sind, ausgezahlt werden sollen; es der Im-
peratorian Einwendens obngeachtet bey besagter Classification
Urtbel sein Bemenden habe. Porisimae huius decisionis rati-
ones erant, 1) quia usuras pretii propter dominium reser-
vatum proprie non sunt usurae, sed fructus c); fructus ve-
ro fundi, tanquam pars fundi, eodem iure cum ipso fundo
gaudent, quo itaque iure venditor ob reseruatum domi-
nium pretium residuum iure separationis accipit, eodem
quoque iure usuras iure separationis accipere debet; 2)
quia leges prouinciales, quae usuras post omnes sortes
collocant, tantum de usuris proprie sic dictis loquuntur,
et strictissime sunt interpretandae d). Sed ut dicam,
quod sentio, concedo quidem, has usuras non proprie
esse usuras, sed potius fructus. Sunt fructus civiles, qui
propter rem percipiuntur, siue, qui propter usum rei
venditae emtori concessum a venditore percipiuntur, et
ab emtore soluuntur. Sed ut iam supra demonstratum de-
di, eiusmodi venditor, qui dominium sibi pro residuo
pretio reseruauit, plane non differt a locatore, nec emtor
talis a conductore, hinc usurae, quas ille soluit, naturam
locarii sapiunt, siue sunt ipsum locarium, et in omnibus
ac singulis cum eo conueniunt, adeoque nec melioris
nec

b) BERGER E. D. F. Tit. L. Obj. z. n. 3. CARPZ. P. I. Conf. 28.
Def. 166.

c) BERGER l. c.

d) LEYSER Spec. CCCCLXXXVIII, Med. 3.

4
F
16

nec deterioris conditionis locatio esse possunt, et ideo cum locatio ad minimum in una eademque classe sunt collocandae. Hoc aequitati, analogiae juris, et naturae rei quam maxime conuenit. Quibus non obstat, quod locator praediti urbani pro mercede habeat pignus legale in inuectis et illatis e), et hac ex ratione in tertia classe collocatur, quodque eiusmodi privilegium nullam admittat extensionem; nam idem hoc privilegium non extenditur ad nostrum venditorem, sed ipsi datum est, quia ex ipsa legum dispositione usque ad acceptum pretium locator est, et sic quoque eius privilegio vti debet.

§. XIV.

*Quaeritur, utrum bao usurae ex reservato dominio
debitae moto concursu sistantur?*

Iam ad aliam quaestionem non minus intricatam me conuerto. Nimirum utrum cursus harum usurarum ex pretio residuo vendori, qui dominium sibi reservauit, debitari, moto concursu sistatur, nec ne? Inter omnes quidem constat, hanc quaestionem in genere sumtam; an concursus creditorum cursum usurarum sistat, esse dubiam, dum alii affirmantem, alii negantem sententiam defendunt, alii vero medium tueruntur, sed affirmantem in iure a) esse fundatam, et argumentis sat ponderosis defensam b). Vbi itaque Iuris communis dispositioni per leges provinciales derogatum haud est, ibi quoque vendor, qui dominium sibi reservauit, usuras ex pretio residuo ipsi debitas, etiam durante concursu et usque dum torum pre-

a) L. 2. 4. 6. D. L. 5. C. in quib. caus. pign.

a) L. 18. D. qui pot. in pign.

b) LEYSER Spec. CCCCLXXXVIII. Med 1. Illustr. PUFFENDORF in Obser. Iur. uniuers. Tom. I. Obs. CCXV. BARTH in Hod. geb. forens. Cap. III. §. 23. Litt. a. p. m. 630.

pretium ipsi exsolutum est, sine omni dubio accipit. In
 terris vero Saxonicis, Brunsvicensibus et multis regioni-
 bus aliis vsurae motu concursu fistuntur, ibi itaque nostra
 quaestio magni momenti est. Rem optime illustrabit senti-
 entia a DOMINO PRAESIDE nomine Inclytac Facultatis Iuri-
 diciae Helmstadiensis Mense Novemb. MDCCCLXXIII. lata:
 Sodann aber in Ansehung der zten Beschwerde nunmebro aus-
 denen Actis und derer Partheyen rechtlichen Einbringen so-
 viel zu befinden, daß es bey der unterm 17ten Märtz 1768 pu-
 blicirten und sub Litt. A. Nro Aet. I. befindlichem Clasificati-
 ons Urbel nicht zu lassen, sondern Impetratin sich vielmehr
 mit denen von den rückständigen Kaufgeldern restirenden Zin-
 sen usque ad tempus motu concursus zu begnügen schuldig. Ra-
 tiones decidendi: Dahingegen 7) die fernere Beschwerde der
 Impetrantin, daß nemlich die Zinsen bis zum wirklichen
 Abtrag des Capitals, und nicht, wie sonst daselbst Rechtes
 und Observantiae ist, usque ad tempus motu concursus zu er-
 kannt worden, sehr gegründet ist, gestalten dieselbe durch die
 sub Nro. 17 der Ultiori deductioni grauaminum beygefüg-
 ten Clasifications Urbel, und durch die daselbst sub Nro. 10.
 12 et 14 locirten Creditoren fattsam bewiesen, daß in dasiegen
 Landen die Zinsen nur usque ad motum concursum bezahlt
 werden, indem in dieser den 14ten Junii 1769 publicirten Ur-
 bel die vsurae rei iudicatae nur bis den 17ten Octob. 1768
 da, wie aus dem Anfange der Urbel zu ersehen, der Concur-
 sus Creditorum eröffnet ist, zu erkannt sind; dabero 8) auf
 dasienige was Impetratin aus dem LEYSER, RUFFENDORF
 und MENIO anführt, keine Rücksicht zu nehmen, indem es
 nicht darauf ankommt, was bis oder da, oder an den mehren
 Orten in Praxi eingeführet sey, sondern man vielmehr auf
 dasienige, was in dem Judicio, wo der Procesß anhängig,
 eingeführet ist, zu sehen hat; observantia enim non extendi-
 tur

c) MEVIVS P. V. Dec. 345.

4
F

16

tur de loco ad locum, sed strictissime est interpretanda, und da so dann eine Observantia, per sententiam in Iudicio contradictorio latam, probata, wie hier von Impetrantin geschehen ist, vim legis hat, es auch dabey sein Bewenden haben mus; wie denn auch 9) die dagegen gemachte Einwendung, daß wenn es auch daselbst eine beständige Observanz wäre, daß die Zinsen während des Concursus nicht gerechnet würden, dennoch solches nur bey denjenigen Capitalien beobachtet werde, welche völlig mit zum Concurs gezogen worden, dahingegen Impetratin mit ihrer Forderung ob reservatum dominium von den übrigen Gläubigern abgesondert werden, mithin auch die Zinsen auf ihr Capital nicht mit dem Concuse anderer Gläubiger, wovon sie getrennet sey, aufhören dürften, ganz unerheblich ist; gestalten Impetratin selbst nicht in Abrede stellen kan, daß in dasiegem Lande alle Zinsen, auch so gar die Usurae rei iudicatae, obngeachtet diese doch daselbst in so ferne priuilegiirt sind, daß sie nicht mehr als Zinsen, sondern als ein Capital, welches der Debitor ex iudicato, et ex quasi contractu schuldig geworden, betrachtet, und dieserwegen zugleich mit dem Capital lociret werden, dennoch nur bis zum entstandenen Concurs bezahlet werden, dahero auch Impetratin in Ansehung ihrer rückständigen Zinsen, denen eben der Vorzug, welcher den Usuris rei iudicatae gegeben wird, beygeleget ist, kein besseres Recht, als diesen gegeben wird, verlangen kan, nicht zu gedencken 10), daß die in dasgem Lande, so wie in vielen andern Ländern contra ius commune eingeführte observanz, nach welcher die Zinsen moto concursu aufhören, mit der Billigkeit und der analogia iuris sehr übereinstimmet, und auf die von Impetratin ex dominio reservato geforderten Nutzungen sehr genau passt, indem nach bekannten Rechten alle Verbindlichkeiten des Debitoris obserati nur bis zum erregten Concurs dauren, und von dieser Zeit an, so lange bis

E

der-

derselbe wieder zu bessern Umständen kommt, quiesciren, mitbin auch die Effectus, welche der Impetratin ex pacto reservati dominii bis dabin zugewachsen sind, nunmehr moto concursu quiesciren, und die ihr bis dabin zuerkanten Nutzungen um so mehr aufhören müssen, als 11) der Cridarius deswegen für ihre rückständigen Kaufgelder Zinsen bezahlen müssen, weil er aus denen erkaufte Gütern bisdabin Nutzungen percipiret hat, durch welche Nutzungen die Massa concursus vermebret worden, da nun aber moto concursu diese Nutzungen aufhören, und die Massa concursus dadurch nicht mehr vermebret wird, auch die dafür zubezahlende Zinsen aufhören müssen, welchem auch 12) nicht entgegen steht, dass die Creditores post motum concursum in die Stelle des Debitoris communis treten, mitbin auch dessen Facta praestiren müssen; in betracht, dass wenn dieser Satz anwendlich wäre, er notwendig auf alle Gläubiger angewendet, und auch diesen durante concursu, und so lange bis sie ihrer Capitalien wegen befriediget worden, die Zinsen bezahlet werden müssten, welches aber nach dasseger von Impetrantin bewiesener Obseruantz nicht geschehen soll, dабero auch Impetratin in Ansehung ihrer ex reservato dominio zu fordern baenden Nutzungen solebes von den übrigen Gläubigern ob partitatem rationis, nicht verlangen kan. Ex his itaque rationibus, quae partim ex obseruantia in foro, vbi lis agitabatur, partim ex communi in foro recepta sententia, et partim denique ex circumstantiis obuenientibus desumptae sunt, decisio, quae iam antea adducta est, immediate fuit. Nec creditrix aliam decisionem exspectare poterat, quia dominium, quod sibi intuitu residui pretii reseruauerat, per sententiam, quae iam in rem iudicatam transferat, tantum pro iure hypothecae habitum, erat. Nos vero, qui dominium reseruarum pro vero dominio accipimus, etiam ratione cursus harum usurarum aliter sentimus, et non



4
F
16

non sine ratione credimus, venditori *vſuras* residuas ex pacto reseruati dominii vsque ad integrum acceptum pretium adjudicari debere. Nullus enim est, qui dubitat, quin locatori moto in conductoris bonis concursu locarum etiam durante concursu et vsque ad finitam conductionem debeatur. Nam gesta a debitore ante concursum sunt rata a); adeoque locatio conductio ad certos annos a conductori ante motum concursum inita, rata esse debet. Haec vero reseruatio dominii, qua simul emitori res vendita traditur, et vſus rei pro vſuris conceditur, nihil aliud est, vt iam supra demonstrauimus, quam locatio conductio, vbi vſurae loco mercedis pro vſu rei soluuntur; Ut itaque locarium vsque ad finitam locationem soluitur, ita quoque hae vſurae tamdiu solui debent, vsque dum vel res vendita venditori restituta, aut pretium exsolutioni est. Ad hoc vsque tempus res est inter bona debitoris, et si forsitan sublocata est, aut fructus inde percipiuntur, emolumenta haec massae concursus accrescunt, et ita aequum quoque est, vt venditori pro hoc vſu rei locarium fine vſurae soluantur. Creditores sibi imputare debent, quod restitucionem rei aut exsolutionem pretii initio concursus haud suscepserint, sed tamdiu protraxerint.

§. XV.

*De Iure venditoris moto in emitoris bonis concursu
ob pactum commissorium.*

Cum pacto, quo venditor sibi dominium vsque ad pretii exsolutionem reseruat, etiam aliquam cognitionem habet lex commissoria, quae est pactum, vt, pretio intra certum tempus non soluto, res sit inemta a); Differunt

E 2

runt

a) *L. I. D. de Leg. commiss.*



runt tamen in eo praeципue; quod in lege commissoria emtio venditio sub conditione resolutiua, in pacto reseruati dominii vero sub conditione suspensiua sit inita. Ibi itaque contractus est perfectus b), et demum pretio intra tempus conuentum non soluto, rescinditur; hic vero perfectio contractus adhuc suspenditur. Moto in emtiosis bonis concursu omnia, quae de pacto referuati dominii in ipsis antecedentibus afferuimus, etiam heic locum sibi vindicant, modo excipias, quod in lege commissoria vendor totto elapo tempore praesinito electioinem habeat, an commissoriam exercere, an vero contractum ratum habere velit? c) quod secus in pacto reseruati dominii se habet, ut in antecedentibus est dictum.

§. XVI.

De iure venditoris, qui sibi hypothecam cum clausula constituti possessorii reseruauit, excitato in bonis debitoris concurso.

Aliquando venditor pro residuo pretio Hypothecam cum clausula constituti possessorii sibi reseruat. Est vero Constitutum possessorium, quo quis, qui hucusque rem iure dominii tenuit, declarat, se eam in posterum alterius nomine possessorum. Fundatum est in L. XVIII. D. de acquir. vel amitt. possess. Ut constitutum habeat effectus, requiritur 1) ex parte Constituentis, ut rem transferendam ipse ciuiliter possideat a); nam quod quis ipse non habet, id in aliud transferre nequit b), et 2) ut definat suo nomine possidere, et alieno nomine in possessione esse incipi-

b) LAVTERBACH in C. T. P. Lib. XVIII. Tit. 3. §. 10 et 11.

c) L. 2. 3. 4. §. 2. D. de Leg. commiss.

a) L. 18. pr. D. de A. vel A. P.

b) L. 20. pr. D. eod. L. 54. D. de R. I.

14
F
16

cipiat c). Ex parte Constitutarii requiritur i) ut praesens sit, et in constitutum consentiat d), vel si absit, quam primum constitutum scivit, illud ratihabeat e), et 2) ut adsit titulus ad transcendendum dominium habilis. Hoc constitutum diuiditur in expressum et tacitum. Illud sit, quando Constituens expresse proficitur, si rem in posterum nomine constitutarii possessorum esse. Hoc vero, quando Constituens a Constitutario rogat, vel cum eo paciscitur, se rem, quae adhuc ipsi propria est, in posterum ex conducto vel precario possidere velle. Ita venditor rem venditam ab entore, aut donator rem donatam a donatario ex locato conducto in posterum possidere f); vel annuam pensionem ei in dominii recognitionem soluere g), vel precario fundum venditum aut donatum in posterum possessorum promittit h); vel usumfructum ex re vendita vel donata sibi reseruat i). Et hoc constitutum possessorum effectus haut leues producit; nam transfert possessionem veram et propriam, quam constituens habuit in Constitutarium eiusue heredes k), ita, ut vacuam possessionem propria auctoritate ingredi quidem l), non vero debitorem iniustum et resistentem vi expellere, et fundum de facto occupare possit; porro constitutum non tantum operatur paratam executionem, verum etiam legitima

E 3

gitima

c) L. 18. all. iunct. L. 10. §. 1. D. de A. vel A. P.

d) Arg. L. 1. §. 2. iunct. L. 3. §. 1. D. cod.

e) Arg. L. 24. D. de Neg. ges. L. 24. pr. D. rem rat. haber. L. 42. §. 1. D. de A. vel A. P.

f) L. 77. D. de R. V.

g) C. 9. X. de resist. spoliat.

h) L. 6. §. 2. D. de precar.

i) L. 28. C. de donat.

k) Arg. L. 6. D. de precar.

l) Arg. L. 25. §. fin. L. 44. D. de A. vel A. P.

gitima remedia producit; sic, si venditor simpliciter constituat nomine emtoris in posterum rem venditam possidere, emtor non ex contractu ad traditionem agere potest; sed Rei vindicatione, actione publiciana, aut Interdicto uti possidetis agere debet, et si eadem res a Constituente in duos translata, ille, qui prius habet clausulam constituti, modo pretium soluerit, praefertur m), licet alteri realiter fuerit tradita. Et haec Doctorum n) tradita, et in praxi recepta cum recta ratione, et analogia iuris conuenient. Iam vero haec clausula, ut quotidiana experientia docet, etiam emtione venditioni ita adiicitur, ut venditor, qui rem venditam emtori tradidit, et fidem de pretio residuo habuit, in sui securitatem sibi hypothecam cum clausula constituti possessori reseruet, donec de pretio ipsi satisfactum; siveque emtor rem emtam et sibi traditam in posterum nomine venditoris, usque dum pretium soluerit, se possessurum promittit. Sed, quo iure hoc pactum ad hunc casum applicari possit, ego non video, sed potius certe persuasus sum, hoc pactum erronee ad hunc casum applicari. Nam primum et principale huius pacti requisitum est, ut constituens rem in constitutarium transferendam ciuiliter i. e. cum animo sibi habendi, et sic iure dominii possideat. Contractus vero emtioni venditionis, cui hoc pactum adiicitur, celebratur antequam res emtori est tradita, adeoque emtor tempore huius contractus nondum est possessio, et nequidem possessionem naturalem, multo minus ciuilem habet, siveque possessionem, quam ipse non habet, in vendito-

m) Arg. L. 15. 'D. de R. V.

n) FLÖRKII *Difser. de Constit. possess.* HAHN ad WESSENB. Lib. XLI. Tit. 2. N. VIII. verb. se constitutat. LAVTERB. in C. T. P. Lib. XLI. Tit. 2. §. 16 sequ. BRUNNEMANN ad Leg. 18. D. de A. vol A. *Poss.*

14
T
16

ditorem per hoc pactum transferre nequit. Plane aliter se res habet in inverso casu, vbi venditor aut donator rem venditam aut donatam in posterum nomine emtoris aut donatarii se possidere velle promittit; nam venditor aut donator haber possessionem ciuilem atque dominium, et ideo hoc in emtorem aut donatarium transferre potest, quod secus est in emtore. Nec video, cur venditor sibi hypothecam cum clausula constituti possessorii reseruat; nam hae duea securitates mihi haud compatibles videntur. Per constitutum enim possessorium venditor dominium retinet, et ideo remedia peritoria et possessoria ei iam conceduntur, per hypothecae constitutionem autem tantum securitatem in re vendita ratione pretii residui adipiscitur, quae securitas, cum iam ex constituto possesso- rio dominium habeat, superflua est; immo absurdum est, in re sua sibi ipse hypothecam constituere; Interim hanc clausulam emtioni venditioni in maiorem securitatem ven- ditoris addere, in foro vistatum et quotidiana praxi cor- roboratum est, nec hac nostra dissertatione eradicatur; quare iam effectum huius clausulae intuitu venditoris mo- to in emtoris bonis concursu, ratione residui pretii dis- quirere animus est. Ex nostra sententia hoc constitutum possessorium respectu venditoris coincidit et re vera est reseruatio dominii o), ita, vt emtor rem emtam usque ad exsolutionem pretii conducat aut precario, hinc no- mine venditoris, vt veri domini, possideat, sicque ven- ditori ex hoc constituto possessorio idem ius competere debet, quod ei iam ex pacto reseruati dominii tribui- mus.

§. XVII.

o) BERLICH P. I. Concl. 64 n. 54. HERTIVS I. c. Scđ. I. §. 4.



§. XVII.

*Sifit differentias inter dominium reseruatum
et reseruatum hypothecam.*

Adhuc alia exceptio a regula supra proposita, quae venditorem, qui fidem de pretio habuit, inter chirographarios collocat, se offert in eo, qui hypothecam usque ad exsolutionem integri pretii sibi reseruauit. Haec vero reseruata hypotheca a dominio reseruato quam maxime differt. Hic, qui dominium sibi reseruauit, est extra concursum, et rem suam ex massa concursus vindicat, nisi creditores rem retinere malint, et premium extra concursum soluere parati sint. Ille vero, qui tantum hypothecam sibi reseruauit, proprius creditor est, et partem concursus constituit. Illi, qui rem a tertio possidente ob reseruatum dominium vindicat, obiici nequit exceptio excusacionis, quae tamen huic, qui actione hypothecaria aut interdicto Saluiano agit, iure opponitur. Ne dicam, olim in dubio fuisse, virum venditor, qui minori praedium vendidit, hypothecam, quoad premium solueret, sibi reseruare posset, quae dubitatio intuitu reseruationi dominii in emtione cum minore celebrata non obmotiebat a). Sic quoque dubitatur, an in pacto reseruata dominii periculum sit emtoris, quod dubium in reseruata hypotheca cessat b). Licet vero pactum reseruati domini ab hypotheca reseruata toto coelo differat, tamen haec differentia aequa a iudicibus ac Caesorum Patronis, nescio, quanam ex ratione, plane non attenditur, sed utriusque aequale priuilegium tribuunt.

§. XVIII.

a) L. I. §. fin. D. de reb. cor. qui sub tutel. L. 2. D. de tutor.

b) HERTIVS l.c. Sect. II. §. 2 et 15.

§. XVIII.

*De reservatione hypothecae vel expresse vel tacite facta,
et de Iure venditori inde competente.*

Quod ad modum huius pacti reseruatae hypothecae usque dum integrum premium solvatur, attinet, secundum est, hanc hypothecam posse non solum expresse constitui hac formula: *Dass das Gut bis zur endlichen und völligen Bezahlung des ganzen Kaufbillings dem Verkäufer zum ausdrücklichen Unterpfande stehen soll; sed etiam tacite iniri.* Nam ad ius hypothecae constitendum, hypothecae nomine absisse opus non est, sed qualiacunque verba, ex quibus animus hypothecam et securitatem realem efficiendi appetat, sufficiunt a). Quamobrem in reseruanda quoque hypotheca qualibet verba, quae venditorem securitatem realem et ius in re sibi reseruasse, indicant, sufficere debent, veluti zu 5 pro cent im Hause stehen bleiben - will Käufer den Kaufbillig zu 5 pro Cent auf das Haus behalten b). Postea porro hoc pactum vel in ipso emtionis venditionis contractu, vel iam consumato per traditionem contractu iniri; insignis tamen est differentia, utrum hoc pactum in ipso contractu, an consumato iam contractu sit in irum; nam licet venditor in viroque casu proprio creditor sit, et partem concursus constitutus, quia dominium perfecto contractu per traditionem in emtorem translatum est; licet quoque vi huius pacti impedire nequeat, quo minus res sub hoc pacto ipsi obligata subhastetur, et plus licitanti adiudicetur; licet denique in viroque casu impensae, factae in rerum aesti-

F

aest-

- a) L. 4. D. de pign. et hypoth. L. vlt. C. quae res pign.
b) L. vlt. C. alleg. Illustr. PVFFNDORFF in Obj. T. I. Obj. CCXII.
HERTIVS l. c. Sect. II. §. 4. RAVCHBAR P. I. Quaest. 6. n. 66.
LEYSER Spec. CCXXXII. Med. 3.

❧

aestimationem, inventarii confectionem, salarium Contradictoris et Curatoris, aliisque sumptus iudiciales, quia in gratiam omnium Creditorum, ut ipsis iustitia administretur, sunt, praerogatiuam ante hunc venditorem habent c), tamen in eo differunt, quod ille, qui hypothecam in ipso contractu reseruauit, omnibus aliis debitoris sui creditoribus etiam maxime priuilegiatis, immo etiam tributis, quae post rem emtam ab emtore deberi coeperunt, praferatur. Argumentum enim ex Rescripto Diocletiani et Maximini d) defluit hoc comprobat, ibi: *licet iissem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis priores habeantur potiores: tamen eum, eius pecunia praedium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum, statim conuenit, omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur.* Ratio huius dispositionis aperta est. Nam hypothecae eiusdem generis ex prioritate temporis diuidantur, et prior posteriori praefertur. Creditores vero in re a debitore nondum emta nullum ius habere possunt, sed ius quoddam demum perfecta emtione acquirunt, adeoque vendor, qui in ipso actu contrahendi, aut ad minimum ante resignationem dominii in actu confirmationis iudicialis, ubi haec requiritur e), sibi hypothecam constitui, curat, et ita rem cum ipsa hac hypotheca in emtorem transfert, omnibus reliquis emtoris creditoribus prior est, et ideo his omnibus merito praefertur. Ex quibus simul appetet, venditorem ratione hypothecae, sibi pro pretio residuo reseruatae, non praeferri hypothecatio antiquiori, cui iam antea in re vendita pignus fuit consti-

c) L 8. D. deposit.

d) Arg. L. 7. C. qui pot. in pign.

e) Arg. L. 20. §. 1. D. de pact. dotal.

14
15
16

constitutum f). Iudicalli hypothecae confirmatione vero, quae hinc inde requiritur, in hac hypothecae referuatio- ne opus haud est, modo venditor, ut iam diximus, ante traditionem, vel in ipso traditionis actu, hypothecam sibi referuauerit g). Plane aliter vero se res habet cum ven- ditore, qui post celebratum cum emtore contractum, et subsecutam resignationem iudicialem, demum sibi hypo- thecam pro residuo pretio constitui, curat. Facia enim traditione, aut resignatione iudicalli, emtor dominium rei emtae consecutus est, adeoque hanc rem non solum aliis sub hypotheca dare potest: hoc si facit, antequam venditori hypotheca in hac re constituta est, ille, quia ratione temporis prior est, huic venditori antefertur; sed etiam creditorum suorum hypotheca, qui forsitan ge- nerali habent, quae omnia debitoris bona tam praesen- tia quam futura afficit, ab eo momento, quo emtor do- minium consecutus est, se extendit ad hanc rem emtam, adeoque et hi priores tempore, et sic quoque potiores iure sunt, quam ipse venditor, qui diu post demum ac- quisuit hypothecam. Sic vxor emoris, quae hypothecam tacitam in omnibus eius bonis habet, praefertur venditori.

§. XIX.

*De Iure venditoris ratione usurarum ex referuata hypotheca
sibi debitarum moto in emoris bonis
concurju.*

Ex mente plerorumque iudiciorum venditori, qui hypothecam sibi referuauit, usurae pretii non soluti in

F 2

con-

f) L. 12. C. de distract. pign. CARPZ. Lib IV. Resp. 27 HERTIVS
l.c. Sect. II. §. XI. STRUVIVS Exercit. XLIV §. 46. in fin.

g) RAVCHBAR P. I. quæst. 6. n. 23. sequ. HERTIVS loco saepe
citat. Sect. II. §. 6. ubi similiter differentes allegantur.

concursu Creditorum etiam iis in terris, vbi alias vsurae
 demum omnibus exsolutis sortibus collocantur, vna cum
 sorte adjudicari debent, licet reliqui creditores sortem
 suam consequi haud possint; partim, quia leges, quae
 vsuras post omnes sortes ponunt, de solo mutuo loquun-
 tur, adeoque ad contractum venditionis extendi neque-
 unt, et partim, quia hoc in casu venditor non de lucro
 captando cerrat, sed de damno vitando; partim deni-
 que, quia venditor hoc casu non tam vsuras petit, quam
 fructus, quos ex re vendita percipere poterat, et debe-
 bat. Sed hae rationes mihi tam graues haud videntur,
 vt me ad hanc sententiam amplectendam commouere
 possent; Nam venditor hypothecam pro residuo pretio
 in re vendita sibi reseruans, dominium in emtorem trans-
 fert, et hunc verum dominum constituit; nemo vero
 ex re, cuius dominium in alterum transtulit, fructus, ni-
 si expresse eos sibi reseruauerit, percipere potest, ad-
 eoque nec venditor. Vsurae ergo, quas emtor usque
 ad exsolutum integrum pretium soluere promittit, pro
 fructibus nullo modo haberi possunt, sed re vera sunt
 vsurae. Quibus accedit, quod hoc casu duplex negoti-
 um inter emtorem et venditorem celebratur; alterum
 est emtio venditio. Secundum naturam huius contra-
 dictus emtor, nisi pretium soluar, dominium rei emtac
 non consequitur; si itaque venditor sub reseruatione hy-
 pothecae et promissione vsurarum ab emtore facta, si-
 dem de pretio habeat, nummi fistae quidem ab emtore
 soluuntur, sed venditor per traditionem beui manu fa-
 ctam eos crediti nomine retinere illi permittit a), et in
 hac fistae mutui datione alterum negotium consistit. Ipsa
 vero

a) L. 43. §. 1. D. de Iur. ldot. L. 3. §. penult. D. de donat. inter Vir.
 et Vxor. L. 15. D. de reb. credit.

14
15
16

vero recta ratio dicitat, omni traditioni breui manu factae inesse nouationem, atque per eam priscam obligationem perimi. Ex quibus optimo iure colligitur, has usurpas non esse fructus in sensu stricto, sed re vera usurpas, quae ideo iis in regionibus, vbi usurpas omnibus postponuntur sortibus, meliori iure, quam aliis usurpas ex mutuo residuis concessum est, frui nequeunt. Nec obstat, quod iure novo h) tunc solum nouatio prioris obligationis fiat, cum haec ipsa inter contrahentes expressa fuerit: alioquin et manet pristina obligatio, et altera ei accedit, vt maneat ex utraque causa obligatio. Nam non dico, ex debito hypothecario in hoc casu fieri chirographarium, sed dico tantum, pretium ex emto residuum desinere rale esse, et fieri ex expressa contrahentium voluntate mutuum sub hypotheca datum; id verba contractus, quibus venditor pretium sibi ex venditione debitum, emtori sub hypotheca et promissione usurparum relinquit, diserte exprimunt, adeoque hae usurpas non debentur ex pretio residuo, sed ex mutuo cum hypotheca confirmato, adeoque non melioris iuris esse possunt, quam quaelibet aliae usurpas ex mutuo cum hypotheca confirmato, debitate. Neque nos moner illa ratio, hoc casu venditorem non de lucro captando, sed de damnotivando certare; nam etiam si non dicam, quemlibet hanc rationem secundum suam intentionem explicare et detorquere, id tamen nemo in dubium vocabit, quod haec ratio ad quemlibet creditorem, certe ad eum, qui hypothecam sibi constitui curauit, quadret, adeoque et huius usurpas residue vna cum forte collocari deberent; hoc vero est, quod leges prouinciales prohibent. Ex his vero rationibus adductis simul appetit, quod secundum

F 3

nostram

h) *S. 3. Inst. quib. mod. tollit. oblig. et L. ult. C. de Nouati.*



nostram in sana ratione, a qua certe leges non deviant,
fundatam sententiam, cursus harum usurarum moto con-
cursu in terris, vbi ita receptum, eodem modo, ut omni-
um aliarum usurarum creditoribus hypothecariis debita-
rum, fisti debeat. Et haec pro temporis
angustia et instituti ratione
sufficient.



X-2396279



DISSESSATIO IN AVGVRALIS
DE
IVRE VENDITORIS
RATIONE
RESIDVI PRETII
MOTO IN EMTORIS BONIS
CONCVRSV

QVAM
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
PRAESIDIO
D. CAROLI FRIDERICI PAELIKE
IVRISCONSULTI ET ANTECESSORIS
PRO LICENTIA
SUMMOS IN VTROQUE IVRE CAPESCENDI
HONORES
AD D. XXVI. APRILIS CICIOCLXXIV
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS
PUBLICAE ERUDITORVM BISQVISITIONI
SVBMITTIT
AVCTOR
IOANNES AVSONIUS RAVEN
RAZEBVRGENSIS,
NOTARIUS PVBL. CAESAR.

HELMSTADII
LITTERIS VIDVÆ P. D. SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.

